Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26121
Copyright: Admont, Benediktinerstift



68

Nec hoc enim quisquam reprehendat quod creator serpentes creaturis suis aliaque
herbarum genera uenenata miscuerit. Nata sunt enim hec ad correptionem nostram
non ad deformationem; nam que ignauis aut infirmis aut impiis plerumque
offensioni sunt atque errori aliis sunt usui. Ita hec ut pedagogi paruulis ama-
ri uidentur acerbi et mesti formidabiles uerbere libertatem laciuiendi
negant necessitate disciplinae erigunt pueriles animos ne luxu de-
fluant trore estringunt. idque hoc austeritate frugi euadunt sobri
continentes. laudi magis quam ludo dediti. Videsne quid tribilia illa flagel-
la proficiant. Sic et serpentes flagella sunt eorum quibus infirma animi aetas
et quedam puerilis mentis et uirtus. ceterum fortioribus nocere non possunt.
Denique confidenti in domino dictum est. Super aspidem et basiliscum ambula-
bis. et conculcabis leonem et draconem. Paulum momordit uipera. et putabant
eum quasi peccatorem. uix de naufragio seruatum ueneno esse morituum.
sed post ea quam inuiolabilis mansit. excussa in ignem uipera plus apud
intuentes ueneationis inuenit. Sed et ipse ad omnes dominus ait. Qui credide-
rit et baptizatus fuerit hic saluus erit. qui uero non crediderit damnabitur.
Signa autem credentium hec dixit fore ut serpentis manu mulceant uene-
na. his autem omne mortiferum etiam si biberint nocere non possit. Tua igitur tibi
magis incredulitas o homo quam uenena metuenda serpentum sunt.
Time igitur illa. ut saltem dum formidant illa ad fidem puocare te possint.
Quod si dum non times. et ultricia uenena pfidie formides. Nunc quo et ele-
fantos uides et subditos et leones esse subiectos. nosce te ipsum o homo
quod non ut ferunt apollinis pythyu sed salemonis sci est quare non sciasque te for-
mosa in mulieribus quamquam multo ante moysesi in deuteronomio scripserit.
Attende igitur o homo. et attende ut lex et ppha ait. nisi sciasque te. Cui hoc dicit. For-
mosa inquit in mulieribus. Que est pulchra in mulieribus. nam anima quinutroque
secum pstantiam possidet pulchritudinis. Et merito decora est quitrena sed ce-
lestia. non corruptibilia sed incorrupta desiderat. in quibus decus perire non soleat.
Corporalia enim omnia processu etatis aut egritudinis inequalitate marescunt.
Huic adtende dicit moysesi. inquam tu totus es in quo melior tui portio est.